



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

29 Calamitates, quomodo superandae, & abigendae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Ies. cap. 6. Peccato Amalechitarum animalia eorum sunt iusta interfici. 1. Reg. cap. 15. Peccato Aegyptiorum possessio- nes eorum grandini traditæ, primogenita, & jumenta eorum morte consumpta sunt. Exod. cap. 9. Et peccato Israelyca- rum Arca Domini Philistæis tradita fuit 1. Reg. cap. 4. & eodem cap. Ecclesiæ, ubi etiam Archidiac. num. 4. 1. quest. 4.

28 Pluribus tamen exemplis † probare conatur, Cassanæs in dicto cons. 1. par. §. à nu. 126. usq; in fin. virtute excommuni- cationis, anathematizationis, & ma- ledictionis dictas locutas, mures, lima- cas, & hujusmodi animalia, à vineis, predijsque fugari, adducens, præ ceteris, exemplum, anguillas scilicet à lacu Le- mano Geneurenſi hoc remedio recessisse: pro quibus adducit diversas formas pro- cessuum, & sententiarum de quibus loco proximè citato à diversis Vicarijs Epis- copalibus pluribus in locis in Regno Galliæ fabricatis, quorum praxis non approbatur à Iul. Claro, qui de ea verba facit in præt. crim. lib. 5. §. fin. quest.

29 vers. non est etiam, neque à Majol. qui hujsmodi Dei ira ab hominibus vita- sanctitate facile everti posse testatur in eod. lib. colloq. 5. §. nemini illo, & quod atti- net ad anguillas, paruerunt mandatis, & præceptis factis à S. Guilielmo Egisco- po Ausanensi, ut per Martin. del Rio. disquis. magis. lib. 3. par. 2. quest. 4. sect. 8. §. tertio, licet tom. 2. sed, ut dixi, ab aliis inibus sanctorum ad actions homi- num peccatorum, non licet arguere. Sancti enim per fidem vicerunt Regna Paul. ad Hebr. cap. 11.

29 Dictis processibus † contra dicta ani- malia formatis, sententiaque lata, præ-

supponitur primò, animalia hujusmodi manifestum esse divinæ ultionis indicium. Iude patochianic cuiusque Parœciæ fideles docentur, & admonentur, ut de divina confidente clementia, transgressores mandatorum Dei, & omnia eorum cri- mina, quibus omnipotentiam hastenus offenderunt, lacrymis abstergeant, vi- torumque incendia contritionis aquis extinguant, & ad sacramentalem con- fessionem, si opus fuerit, accedant culpa- rum omnium fœcē purgaturi, qui vero censuris fuerunt irretiti, miserandum eorum statum agnoscentes, ad pīas ma- tris ecclesiæ gremium redire, rupti, amissisque fœderis gratiam implorare, omnesque, & singuli, ante supremi pa- rentis conspectum pias preces patrono- rum suorum patrocinium rogantes, indefessè debent effundere, ut per Cassan. cons. 1. par. §. nu. 126. vers. pestes hujs- modi, & §. igitur Christi. Hac medicina- tanta malorum rabies abigenda: hoc re- medio infensa nobis omnipotentis ira mulcenda.

Quodque † in his casibus melius quis- quesibi consulat, si supplicationibus, je- junijs, & orationibus tantum mali festi- net avertere, quam maledictionum su- perstitionibus inhærere testatur per Proph. Dominus, & præsertim in Psalm, 49. Invoca in die, inquit, tribulationis: eruamte, & honorificabim⁹: & in alio loco. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eri- piām eum, & glorificabo eum, psalm. 50. & Psalm. 119. Ad Dominum cum tribula- rer, clamavi, & exaudivit me, Et clā- maverunt ad Dominum, cum tribula- rentur, & de necessitatibus eorum libe-

LXXX 3

rativit